Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale, lat. - Cod. Donaueschingen 319

Colmar, Dominikanerinnenkloster Unterlinden (?), [I: 1. Viertel 14. Jh. / II: 2. Viertel 14. Jh. / III: Ende 15. Jh.]

Oratio zu Heinrich

urn:nbn:de:bsz:31-94020

Visual Library

Deus qui populo tuo sanctum dedisti Oratio
severinum predicatorem concede propicius ut tanti po
ntificis intercessione et tue pietatis defensione
ab omnibus utrimque liberemur adversis et etern
am gloriam perspicere in tua iugiter laude letantes Per
Deus qui Sanctorum decem milium martirum
decem milibus martirum crucifixionis passionis tue
miranda renovasti fac nos quesumus ipsorum
precibus a se et corporis tristicia gaudere et tua
ac ipsorum passionis devotis mentibus venera
ri Qui vivis De sancto albano oracio
Presta quesumus omnipotens deus ut qui beati albani
martiris tui gloriosa merita veneramur
eius apud te meritis et precibus adiuvemur Per
Deus qui beatum heinricum Sancti heinrici oracio
virginali flore nitentem in sanctorum
confessorum tuorum consorcio sublimasti presta quesumus

322

ut que tibi fecisti devotum eius apud te sentiam

Plenam in nobis etc. / Ad psalmum. Propiciacione salvatoris tue virtutis operare medelam

ut qui preclara beati propicii merita venerantur ipsius adiuti suffragiis a cunctis

animarum nostrarum languoribus liberemur. Oratio

Da nobis quesumus domine salutem mentis

et corporis ut intercedente beata Dorothea virgine et martire tua bonis mereamur

operibus inherere et tua semper protectione defendi

O nobilis athleta dei. Ad magnificat antiphona

virtutibus completa Dorothea pia per te monstrata

via incredulis e celo tuo triumpho

preciosa alleluia. Ad benedictus antiphona O castitate fabricata

o humilitate coronata o paciencia ornata virtutum floribus fundata temperancia polita o preciosa margarita